



Lus. XI. 22.

Der Herrschaft Indragaben.
Bühnen- und Schauspielhaus
No. 10. 1841. 11111

97

-15-

SWB
OCLC

AD
LVSATORVM
REM DIPLOMATICAM
OBSERVATIONES,
SPECIMEN PRIMVM,

AD
PATREM,
CIVITATIS LAVBANENS. SYNDICVM,
CVM

NATALIVM IPSI MEMORIA
REDIRET,

AVCTORE
CHRISTIANO GOTTFRIDO MEISNERO,
PRAEF. BVD. ET GORL. ADV. ORD.




A. O. R. c1o1o cclxiv. D. xxvii. Mai.

1764

LAVBANI,
EX OFFICINA SCHILLIO - SCHARFIANA.

OID.

*pro TE, fortissime, vota
Publica suscipimus; carmen canimus TIBI laetum
Consonat assensu populi precibusque fauentum
Patria; nec tota tristis locus ullus in urbe est.*



CHRISTIANO GOTTFRIEDO MERTENSIO

A. O. N. Christoph. B. 1788. Mar.

LAVANT

EX OFFICINA SCHEITELII - SCHNEIDERII.

VIR Excellentissime, Amplissime,

PATER Optime,

Quod solet saepe iis accidere, qui varia velint atque inter se diuersa conciliare, vt nulli satisfaciant, id vereor, ne mihi hoc tempore accidisse videatur. Cogitanti enim mihi et perquirenti, quo possem modo et summam meam erga TE, *Optime Pater*, significare, vti par est, pietatem, et aliorum qualemcunque fouere de me aut opinionem aut voluntatem aut expectationem, et meis denique simul tum in patriam, tum in litteras elegantiores obsequi studiis: placuit ea fortasse ratio, qua deseruisse potius officium erga patrem, in alios humanitatem violasse neque meam ipsius utilitatem satis adiuuisse existimarer. Neque diffiteor, diu me multumque haefitasse, vtrum haec, quae iam edere animus est, ex commentariolis meis inchoata ac rudia puer atque adolescentulus excidere paterer, an prudentius maturitati reseruarem. Quod et meae suadere tenuitatis conscientia, et aliorum de meo conatu iudicium videbatur. Sed vicit huius diei, laetissimi, cuius causa scribendum opinabar, recordatio, apta, vt arbitror, ad id, quod maxime exopto, vt, nisi omnes, TV certe, *Optime Pater*, iique cuncti, qui TE amant, (sunt autem plures) veniam darent, si animo aliquando, quam quae facultate sustinerem,

nerem, maiora susciperem. Nam ad TE, cum fratrem iuges, dolorum TVORVM collectam quasi quandam summam publice a me deferri, vt, si posses, ex animi, grauiore etiam fortuna haud fracti, memoria aliquid haurires solatii, illud quidem in me tolerabile, hoc vero durum iudicauerit, quisquis quendam habet pietatis sensum, liberata pacataque republica, hunc diem, quem TVA salutisque publicae causa, vt centies redeat, optant omnes boni, meaque maxime interest, silentio a me semper adeo esse praetermissum, vt, quae pie, constanter atque vehementius optarem, rogarem et sentirem, ea numquam palam sim profiteri ausus. Quare ne diutius in me negligentiae eiusmodi haereret eaque iniuriosa suspicio, abieci timorem, qui ab officio tam iucundo, tam suauis, tamque iusto, TIBI, testibus amicis, teste hac ipsa ciuitate et prouincia praestando me ad hunc vsque diem deterruit, cuiusque superandi timoris nulla nisi in ciuium TVI amantissimorum indulgentia, quam tribuerent tempori, spes erat posita.

Iam igitur freti hac humanitate, quam hominum nostrorum, doctissimorum et clarissimorum propriam sumis experti et quasi peculiarem virtutem, TVA vero, Pater, quantum largitur curia otii, aucti doctrina, TVAque et auctoritate excitati et iudicio, instructi praeterea hac TVA, quam diuinum seruauit beneficium, librorum monumentorumque supellectile, hoc nobis sumendum putauimus negotii, vt, quoties disputandi daretur locus, toties ad patriae ius, eiusque fontes, ambitum, argumentum, usum, eiusque generis alia tum cognoscenda, tum illustranda, nostram potissimum deflecteremus orationem. In quo quamuis parum adhuc profecerimus, simusque vix tironum nomine digni: tamen hac omni instituta disputatione, non, vt quantum profecerimus, doceamus, sed vt, quoniam TE relligiose, ideo et patriam a nobis officiose coli et liberales artes, significemus, facilius nobis hoc quidem tempore ignosci arbitramur, si liberius paullo agamus scribamusque, quicquid in mentem aut libidinem venerit.

§. II.

Sed nos nequis nimium erraturos existimet, continebimus nos ea regione, quam diplomatum, quae dicunt, litterarumque publicarum ornant deliciae, custodit fides, fertilem reddit copia et amoenum. Habet enim haec doctrinae pars incredibilem quandam, meo quidem iudicio, et prope singularem tam ad delectandum vim, quam ad instruendum, ut qui semel ea fit captus, aegre possit ab hoc sensu diuelli. Accedit, quod nihil magis iuuenis, quamuis iure leuiter eruditi, et aetatem, et industriam, et exercitationem, et spem decere atque alere videatur; cum haec fit diplomaticae cognitioni ratio, ut, quae discantur, offerat infinita, quae inuestigentur, difficillima, quod vero illi impendatur tempus, immensum sane postulet et per omnem vitam diffusum. Si quid praeterea apud me potuit doctorum hominum grauisimorumque auctoritas; (patris vero vel vnus omnia potuisse quis dubitauerit?) hac etiam effectum est, ut, a quo animus numquam esset alienus, in id genus exemplo traheretur, voluptate atque studio incenderetur. Com-mouit etiam vehementer, quod more suo grauer, sed non minus vere et probabiliter protulit effatum Io. PET. a LVDEWIG^a), qui: „Maneo, inquit, in illa sententia, ante reipublicae nostrae no-
*titiam non fore sinceram, genuinam, constantem, integram, omni-
 que fallacia, fuco, fraude et pigmento liberam, quam habeamus et
 Historiam Diplomaticam et Diplomaticam Iurisprudentiam, siue
 illa publica sit, siue sacra, siue clientelaris, siue etiam ciuilis.*“
 Quis enim testi tam locupleti, tam idoneo fidem haud habeat? auctorem spernat adeo expertum? Cui ingenium tam depres-
 sum et humile, ut ne in hanc quidem rempublicam, cui se for-
 tunasque suas deuouit, perfecte planeque et ad vsum accom-
 modate introspicere efflagitet? His adductus rationibus et hodie
 maxime hoc dicendi sumsi initium, quod TIBI me, Pater, per-
 discendi patrii iuris probaret cupidissimum. Certe Feci, quod
 potui.

a 3

a) Reliq. MSr. omnis aevi Diplom. T. I. praefat. p. 1.

potui. Iam vitiose si feci et intempestiue, mihi nunc volo ignosci,
alias me, ad id, quod facere poterō, detrudi patiar.

§. III.

Lusatia haec nostra, quamquam habet, quod sibi te tot tan-
tisque viris gratuletur, qui in illustrandis colligendisque eius
prouinciae rebus et monumentis sint quam diligentissime ver-
sati: tamen qui diplomata et documenta publica in corpora con-
gregarent, naeta est vix paucos, qui Ludewigiano consilio tra-
ctaret, et ad communem patriae vtilitatem referret, adhuc re-
perit neminem. Quod nec inopiae eiusmodi diplomatum, nec
ficcitati, vt ita dicam, et leuitati, sed nescio cui fato, reipubli-
cae satis molesto, condonandum puto. Nam in his ipsis incen-
diis turbisque, quibus prouincia nostra toties dilacerata est at-
que diruta, breui tempore, modo libera detur colligendi eden-
dique potestas, aliquot millia me spondeo fereque in me recipio
tabularum publicarum esse subministraturum. Quae quantum
historiae iurique patrio sint lumen praelatura, sponte sua intel-
lexerit, quisquis et his paucis, in publicum datis, bene yti-
norit. Quicquid vero fuerit causae ad praetermittendam eius
generis domesticam et ciuilem diligentiam: multo tamen inde
difficilius esse patet, iuueni praesertim, certam habere, si vm-
quam potest, atque exploratam reipublicae ab initio ad hunc
vsque diem deriuatam formulam, rationem, mutationes, con-
uersionesque, iuris etiam legumque fundamenta, accessiones,
antiquitatem et nouitatem. Age igitur, et quoniam retinet nos
in hoc studio TVVM, Pater Optime, iudicium, in tabulas
publicas Lusatiae earumque collectiones paullo studiosius inqui-
ramus, sed puerorum more ab elementis rem repetamus, vt

b) oder: Verzeichnis derer Urkun-
den der Historie von Obersachsen; da-
rinnen Kayserliche, Chur- und Fürst-
liche, und andre Schenkungen, Privi-
legia, auch das Reich, Stifter, Klöster,
Uniuersitäten, dem Adel, Städte und
Dörffer angehende Documenten, Chur-
sachsen, Meissen, Thüringen, Lausitz,
Hen-

ne aut magni aliquid aut perfecti polliciti videamur, nunc quidem ad *Opus Diplomaticum* nil nisi lapillulos quosdam collaturi.

§. IV.

Atque in quo miror Viri litteratissimi singularem nec satis praedicandam industriam, effecit SCHÖTTGENIUS, Rectorum procul dubio princeps, edito *Inventario Diplomatico Historiae Saxoniae Superioris* b), vt nostratibus quoque ad Diplomatum Lusaticorum et notitiam et interpretationem facilius daretur aditus. Neque enim congescit, quotquot inuenit, euoluendis omnibus de rebus Lusatorum libris, publicas tabulas, vt confuse eas indicaret, aliisque disponendas et ad temporum rationem ordinandas relinqueret, sed ita congescit, indicauit, disposuit, vt, qui hunc consuleret indicem, argumentum, fidem, annum et Dionysianum et Indictionis, mensem, diem, locum scripti datique diplomatis, librum praeterea et auctorem, neque hunc singularem, sed si plures adessent, omnes, qui ipsum litterarum exemplum referrent, intelligeret comperiretque. Adiecit quoque illi magno indici, aliquos minores, quibus ordinem dierum, sanctis antiquitatis Viris festorum, ad commune nostrum Calendarium exigeret, colligeretque eundem in locum, quicquid de vnaquaque re, nomine, regionibus, vrbibus, municipiis, villis omnibusque aliis per mille annorum intervallum amplius in diplomatum occurreret argumentis. Quamobrem si haec nostrae reipublicae consuetudo, vt rei cuiusdam inuentori et magistro statuae collocarentur; magnopere meis ciuibus essem auctor suatorque, vt memoriae honorisque causa, eximio illi decernerentur in arte Diplomatica magistro, Schöttgenio nostro, qui viam primus ad Historiam Diplomaticam et Diplo-

Henneberg, Voigtland, wie auch Anhalt, Quedlinburg und Mansfeld anbetreffend, so viel deren in öffentlichen Drucke zu haben; in chronologischer Ordnung, von A. 800. bis 1741. ent-

halten, nebst einem fünffachen zum nutzbaren Gebrauch eingerichteten Register, ausgefertigt von CHRISTIAN SCHÖTTGEN. Halle 1747. Fol.

maticam Iurisprudentiam Lusatiae commonstrarit. Nam, hoc
duce, licet iam de *Sexcentis* amplius ex annorum serie colloca-
tis et nostrae et vicinae Lusatiae *diplomatibus* accuratius cog-
noscere, veriusque iudicare.

§. V.

In infinita autem tabularum Saxonicarum abundantia, quo
quasi mari, veluti parvam quandam insulam Lufaticas circum-
fusas cernis, mihi quidem placuit, eoque sum vsus adolescens,
vt relata quaeque SCHÖTTGENIO patriae monumenta peculiari
libello mandarem. Quibus selectis hoc assequerbar, vt nec di-
utius in iis conquirendis fluctuarem tempusque perderem, nec,
quod SCHÖTTGENIO, de omni Saxonia cogitanti, satis visum
fuerat, mihi non item, prouinciam exiguam valde arctique
circumscriptam perspicere cupienti, his cogerer esse contentus,
quae in publicum aut doctorum hominum diligentia, aut pro-
uincialis iuris vsus proponenda curauerat; sed vt liberius etiam
alia adderem praetermissa, alia delerem falso commemorata,
alia denique, impune corrigerem, cum in meo regno esse, me-
aque ipse reprehendere existimarer. Sic ferenda nominis
haud erat commutatio, qua MARTINI MYLII *Annales Gorlicenses*,
semper SCHÖTTGENIO c), MEISTERI appellentur. Etsi enim, HOFF-
MANNO auctore d) primam MYLII Annalibus, ab eodem editis e),
manum admouisse dicatur IOACH. MEISTERVS; perfecit tamen et
absoluit MYLIVS opus, indeque natum opinor errorem, quod
apud HOFFMANNVM scribae negligentia, summae paginae, MAR-
TINI MEISTERI nomen praeferant, aperto deprauationis indicio,
cum non a MARTINO, sed a IOACHIMO nominatus sit MEISTERVS.
Haberem hic omnino, quod contradicerem, si aut MYLII, aut
MEISTERI in laudatis Annalibus magnopere celebraretur diligen-
tia et assiduitas. Haec enim mea est de illo libello sententia,
paul-

c) Inuentar. Diplom. p. 434. p. 482. p. 589. p. 609. p. 616. d) in Scriptor. P. II. p. 2-94. e) laud. Scriptor. T. I. f) L. VI. inprimis et L. VII. Commentar. g) in Arbeiten einer

paullo quidem liberior, ea tamen, uti apparebit comparanti,
 probabilis, ut, quae apte, eleganter, ordinateque scripta sunt, ea
 optimo sibi iure tamquam sua vindicet MANLIUS f), reliqua omnia,
 si qua supersunt laudabilia, teneant interque se partiantur Recto-
 rum Duumviri. Sed haec nunc in transcurso, alio loco forsan
 pluribus. Usus est SCHÖTTGENIVS perpetuo *Corpore Juris Lusatiae
 Superioris*, RÖDERI *Lusatia Superiori Diplomatica, Singularibus Lu-
 saticis* Vir EXCELL. BVDAEI, CARPZOVII operibus patriae utilissimis,
 aliisque, quos et honoris et instituti causa in posterum studio-
 sius indicare dabitur. In tanta vero et scriptorum et monumen-
 torum multitudine, fieri aliter non potuit, quin vel attentissimo
 homini, qualem novimus SHÖTTGENIVM, quaedam elaberentur,
 in se levisima, sed tum, cum omnia conquiruntur, haud con-
 temnenda. Quibus supplendis, addendis quoque, quae post
 editum Inventarium sunt divulgata diplomata, inutilem quis con-
 sumet operam? Vtriusque rei cum periculum fecerim; speci-
 minis loco, TVA, Optime Pater, pace duplex commemorabo
 exemplum. Alterum insignem continet accessionem xxxiii Di-
 plomatam ad Rem Diplomaticam iam A. MDCXXI factam, edito
 libello, qui inscribitur: *Abdruck von denen wahrhafften Origina-
 lien derer Documenten und Beylagen, welche in denen Salzaischen
 Majorats-Sachen, das Erste, von weyl. dem Hochwürdigsten Fürsten
 und Herrn, Herrn Jacobo von Salza, Bischoffen zu Breslau, auf
 4200 Fl. Ugar. oder Spec. Ducaten fundirt, und auf dem Guthe
 Ebersbach radicirt; das andere, von weyl. Herrn Hiob von Salza,
 auf 20000 Rthlr. fundirt, und auf den Güttern Ludwigsdorff und
 Klein-Biesnitz radicirt, wider die ietzigen unbefugten Possesores
 dieser Majorats-Gütther bey denen Actis vorkommen, uud producirt
 worden.* 4. Alterum repetitum est a beneficio Litterariae Socie-
 tatis, quae in hac vrbe nuper floruit, utque renascatur, splen-
 doremque antiquum recipiat, omnes bonos exoptare audio.
 Varie enim auxit et illustravit litterarum vetustarum copiam g),
 b) speque

einer vereinigten Gesellschaft in der Tom. II. pag. 52. seq. p. 265. p. 268.
 Oberlausitz, zu den Geschichten und pag. 277. pag. 430. Tom. III. pag. 209.
 der Gelahrheit, Tom. I. pag. 14. seq. Tom. V. pag. 35. p. 253.

speque nitimur certissima, modo redintegretur, nec eam in posterum esse nec in hoc genere communi Lusatiae emolumento defuturam. Afferre hoc quidem tempore plura supersedeo, quae in quotidiano fere SCHÖTTGENIANI indicis usu notatione aliqua, aut, nisi hoc vocabulum in communem nostrum praeceptorem durius usurpatur, emendatione mihi indigere sunt visa. Egregie sane consuleretur prouinciae nostrae et apud se commodis et apud externos honori, si quis hunc Indicem ad vnam hanc prouinciam accommodatum denuo edendum susciperet, ita tamen, ut latius progressus, ad omnes omnisque generis excurrat antiquitatis tabulas, publice scriptas, siue ab aliis iam diuulgatae appareant, siue lateant adhuc premanturque tum publicis tum priuatis in tabulariis et bibliothecis, ut praeterea SCHÖTTGENIANO more eas indicet atque ordinet, LVDEWIGIANO denique consilio patriae utilissimas reddat et necessarias.

Hoc opus, hoc studium parui properemus et ampli,

Si patriae volumus, si nobis viuere cari.

HORAT.

Haec iam fatis ad id, quod erat propositum, dicta sunt, perorandi reliqua, opportunior fortasse aliquando erit potestas. Auocat enim me, utque *hoc agam*, quod iubeat pietas, singularis monet huius diei, mihi potissimum meisque exoptatissima claritas, qua TIBI,

Vir Excellentissime, Amplissime,
Pater Optime

temporis, quo patriae TV ciuis nascebare, nobis ut Pater posses contingere, redit memoria. Quare uti patriae TV primum, deinde nobis viuere didicisti; ita TVO me exemplo haud reprehendendum existimaui, si patriae, cum TIBI id ipsum tribuisse viderer, prius aliquid tribuerem, quam ad hanc deuenirem coniunctionem, quae TIBI nos et hoc die obseruantissimos fisteret obstrictissimosque, nobis TE venerabilem ostenderet
nostro-

nostrorumque amantissimum. At enim vero cogitanti mihi de
significando animi TIBI, *Optime Pater*, sensu, quo TVA
causa pie nunc atque hilariter commoueor, deest, fateor, hoc
meo officio digna, laetitiae par, consilio voluntatique meae apta
oratio. Sed quid mirum? Nam, quoties TVOrum natalium
sollemnior facta est recordatio (vicies vero mihi quidem id con-
tigisse memini) in noua semper eaque aucta voluptate, laetitia,
spe, votorum precumque assiduitate, constantia et ardore, eadem
tamen et antiqua fuerunt verba atque formulae repetendae, qui-
bus ne exiguam quidem aut a delectu, aut ab acumine, aut a
compositione elegantiam addere mea passa est ingenii imbecilli-
tas. Breuius igitur, modo hac ratione honestius eo defungar,
quod in huius diei celebritate pietatis est atque officii, vt et
meo, et earum, quae TE patrem suspiciunt, nomine TIBI
optima quaeque omniaque optem, ex animi sententia succedant,
eueniant, vt sis per innumeram annorum seriem saluus sospes-
que, in ipso senectutis incremento, roboris maneat viriumque
plenisimus, in hac reipublicae communi pace et tranquillitate
tranquillior atque felicior, quam TIBI variis ad hunc vsque di-
em infinitisque curis subacta datum fuisse videtur. Sic TVA
nos florebimus tutela, TVA exultabimus felicitate, TVO
fruemur etiam rerum successu, omnesque huius vrbis Ciues,
quos TVte vehementer amare quotidiano doces probabilique
negotiorum argumento, habebimus in TE diligendo et reue-
renter persequendo consentientes, socios, et imitatores. Quam-
uis enim magnopere eximieque TVAM colant, Pater, hu-
manitatem, diligentiam et auctoritatem: hanc tamen nobis
eripi numquam patiemur laudem, qui eadem aut maiori in TE
sit nobis pietate, studio, voluntate et obseruantia, parem aut
superiorem habere nos neminem, qui imitentur, plures. Quod
TIBI de meo animo cum sit testatissimum: et amplius, vti TV
soles, *Optime Pater*, ego etiam atque etiam TE rogo, et obtestor,
TVA me ornare perges beneuolentia, TVO tueri patrocini-
o, meisque omnino rebus fauere atque adesse.



nostrumque amantissimum. At enim vero cogitavi mihi de
significando animum T. III. Quia Paucis, sed in quo T. V. A.
causa die nunciatum fuerat committitur, deest, facer, hoc
meo officio digna, hanc par, conlito voluntasque mea qua
ornio. Sed quid mirum? Nam, quocumque T. V. O. cum natum
sollemior sit, est recordatio (vices vero mihi quidem id con-
signis meum) in nona tempore caput ante voluit, factis,
sua viderunt procedunt adhibere, consuetis et ardore, eadem
tamquam et antea fuerunt verbaque formulis repetenda, qui-
bus de exigua quidem aut a delectu, aut ab ammine, aut a
compositione elegantiam addere non parum est ingenii imbecilli-
tas. Praeterea igitur, modo hac ratione hospitalis eo delectu,
quod in hinc diei celebritate pietatis est super officii, ut et
meo, et carum, quae T. II. parum suspicant, nomine T. III.
epitima quaeque committitur operum, ex animi sententia succedant,
evanescant, ut his per innumeram sanctorum salus sospes.
que, in ipso seculo incrementum, robore manens virtutum
plurimum, in hac republica cognovimus pace et tranquillitate
tranquillioraque felicitate, quam T. III. variis ad hunc usque di-
citur insinuatque curis subacta hanc fuisse videtur. Sic T. V. A.
nos floridius tunc, T. V. A. exalbatum felicitate, T. V. O.
fructum. eorum totum successu, omnemque hinc vixis quae
paucis T. V. re videretur ante quodammodo hoc probabileque
negotiorum argumentum, habebimus in T. II. diligendo et reus.
tenet persequendo consuetudines, locos, et imitatores. Quam-
vis enim maxime existimetur T. V. M. colant, Paucis, hu-
manitatem, diligentem et adhibentem: hanc tamen nobis
cripi non potest periculum, quod eadem aut maiori in T. II.
sic nobis pietate, studio, voluntate et obsequantia, parum aut
superiorum habere nos tenent, qui imitator, plures. Quod
T. III. de meo animo cum sit testaturum: et amplius, ut T. V.
sola Opus Paucis ego eorum aequo etiam T. II. rogo, et obsequor,
T. V. A. me orare perges benevolentia, T. V. O. cum partem
meis omnia rebus facere aequo abest.



